



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Annus Cisterciensis**

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta  
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs  
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

**Meglinder, Joseph**

**[S.I.], Anno MDCLXXXIII.**

22. Decembris. 11. Cal. Januar.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45314**

S.  
a est  
Do-  
ibus  
on-  
gelis  
dul-  
ram  
n in  
atq;  
re-  
stu-  
per-  
c il-  
diz  
nu-  
re-  
me  
ia  
um  
hu-  
an-  
arz  
io-  
ne  
ius  
na-  
ad  
on  
tu-  
im  
lo-

XXII. DECEMBRIS. 467

tumulo lilyum pullulavit, in cujas fo-  
liis auro picta apparebant dulcia illa *Lilyum*  
verba : AVE MARIA. Sic cor me-*prodi-*  
um tale lilyum, si etiam lingua radix hu-*giosum.*  
jus floris: quæ gratos orationum fructus  
germinei & offerat Virgini Matri. O quot  
causas habemus ipsam toto mentis affectu  
venerandi !

S. BERNARDUS, Jer. Signum mag.

De plenitudine ejus accipiunt universi: Omnia  
captivus redempcionem; æger curatio- implet  
nem; tristis consolationem; peccator <sup>Mariæ</sup> pleni-  
veniam; justus gratiam; Angelus lati- tudo.  
tiam; denique tota Trinitas gloriam;  
Filij persona carnis humanæ substanc-  
tiam: ut non sit, qui se abscondat à ca-  
lore ejus.

22. Decembris. II. Cal. Januar.

B. ADAM Monache de Luka: qui te-  
neros pueritiae annos amori Mag- *Floruit*  
næ Matris Deiparæ consecrasti: illi vi- *anno*  
cissim salus tua cordi fuit; quod ipsa <sup>1213.</sup>  
dulci spectaculo tibi dignata est de-  
monstrare. Cùm enim fæda capitis  
impetigo oninem medicorum indu-  
striam diu elusisset, vera Salus infir-  
morum, cincta Virginum choro in

VVS Ecclesia

468 ANNI CISTERCIENS.

Ecclesia illa spectandam se obtulit, in  
B.V. eū qua eam ter quotidie Salutatione An-  
glica venerari consueveras: suggessit-  
à mor- que remedium, quod morbum depel-  
bo libe- leret: quin etiam manu capiti tuo im-  
rat. posita, liberum deinceps ab omni do-  
lore capitis asseruit: suasit denique, ut  
in dilecto sibi Ordine Cisterciensi Do-  
mino famulareris. Nemo frustra ad sa-  
craissimam Virginem manus levat, pre-  
sertim puras: neminem à se repellit, sed de  
thesauris gratiarum copiosè largitur sup-  
plicibus.

Floruit B. ROBERTE, Episcope Sylva-  
anno nectensis, ex Monacho Caroli-Loci  
1300. assumpte ad eam dignitatem: ornavit  
illa te diadema Pontificio, tu vicil-  
sim illam decorasti vitæ innocentia,  
demissione animi, cæterisque mona-  
sticæ disciplinæ virtutibus, quas vera  
Præsulum ornamenta esse pluribus an-  
nis in te Pastore agnoverunt oves con-  
creditæ. Veluti viua omnem quantum  
cunque ornatum de honestant, ita virtus  
rebus vilissimis pretium addunt. Tu doc-  
me vitam meam sic instituere, ut majorem  
adhibeam curam pietatis, quam favoris  
humani.

S. BERNARDUS, f.i. de S. Petri. O.  
Putas, parva res est vivere? Mag-  
num ali-

num aliquid, immo maximum est. Non vitaverit, qui superbia inflatur, &c. quo-<sup>ra quod?</sup>  
niam non est hoc vivere, sed vitam  
confundere. Bonam autem vitam ego  
puto, & mala pati, & bona facere, &  
sic perseverare usque ad mortem.

—  
—

23. Decembris. 10. Cal. Januar.

B. JOANNES CIRITA: qui post ac-<sup>Obiis</sup>  
ceptum grave in bella vulnus, bal-<sup>anno</sup>  
theum militarem simul ac mundi a-<sup>11640</sup>  
morem exiisti, adversus aëreas pote-  
states deinceps pugnaturus. Et primo <sup>A dæ-</sup>  
quidem conflietu parum abfuit, quin <sup>mone</sup>  
xudi adhuc tyroni extorisset victori. <sup>gravi-</sup>  
am fraudulentus lanista, nisi cœlum <sup>ter ten-</sup>  
tulisset suppetias. Fæminæ enim te<sup>tatur:</sup>  
vultu, admissum adulterium fictis la-  
cryms detestantis, sese insinuaverat  
sub tectum, sed quod infernali flamma  
erat adusturus. Titubare jam animum  
paulatim senseras, sed nondum præci-  
pitari in ruinam. Itaque novum Scæ-<sup>sed vi-</sup>  
volam a<sup>c</sup>sturus brachium sinistrum, <sup>ctoria</sup>  
igni, quem in hospitis gratiam excita-<sup>repor-</sup>  
veras, tam diu immersisti, donec ossa  
carne nudarentur. Venerem scilicet,  
non te urebas, quod larya illa proti-

V 7 6

nus eva-